

riam in lite, armis, equis, & omnibus quæ ad rem bellicam spectant, emendo præparando & induendo, inimicis se obuiam dando, bonum est agere res cum principiis, equestribus & militibus.

Lunæ coniunctio, quadratus uel oppositus cum Sole radicis, nocet in omnibus præsertim cum regibus & principibus, sed eorum trinus uel sextilis sunt fortunati cum illis.

Lunæ coniunctio & aspectus cum Venere radicis, dant fortunam cum mulieribus & virginibus, conducendo famulos & famulas, noua uestimenta induere bonum, & omnia quæ ad iocunditatem spectant præsumenda.

Si fuerit Lunæ coniunctio & aspectus tui temporis cum Mercurio radicis, bonum est emere & uendere, age tutę res tuas cum scribis, mercatoribus, atq; doctis, fac iter, scribe epistolas, mitte nuncios.

Luna cum peruererit ad locum partis fortunæ radicis, uel ad eius profectio- nem uel ad secundæ domus profectionem, erit dies fœlicissimus emptionibus & uenditionibus, & omnibus actionibus substantiæ & omnibus rebus.

Luna cum peruererit ad locum Capitis Draconis radicis, erit dies fœlicissimus in rebus dominorum, uel quæ sunt de natura Iouis & Veneris. Si ad Caudam radicis, erit infœlix dies, sicut si ad Saturnum & Martem pertingeret.

In omni electione in genere non cadat Almuten natuitatis. Sed si est infor-tuna, sit in succedente tantum. Aptentur ascendens, & decimum natuitatis. Lauda-bile est, si ascendens decimum uel undecimum radicis sit ascendens electionis, si sal-tem libera sint. Caue ne ascendens electionis sit sextum, octauum, uel duodecimum radicis: Præ omnibus apta ascendens natuitatis, eius dominum, Lunam ascendens electionis, eiusq; dominum.

Inchoa omnia opera tua in hora illa, qua ascendit illud signum, quod ascendebat in tua genitura, ita tamen quod in quatuor angulis non sit aliquis malus, nisi esset dominus ascendentis. Hoc est uerum cum in factis tuis casualibus fueris fortuna-tus, oportet ergo ut teipsum consideres. Si uero in communibus tuis factis fueris in-fortunatus, incipe opera tua in ea hora qua ascendit signum, quod in natuitate tua fuerit in quinta, uel undecima domo. Et semper bonum est, ut luminaria sint in angu-lis uel succendentibus.

In minutione sanguinis & omni electione ante omnia conuenit scire natui-tatem alicuius hominis, ne asciplias accendens inimicum radici natuitatis, sicut illud quod fuit in sexta, octaua, uel duodecima, aut in quo fuerunt infortunæ, uel eorum ra-dij quadrati, uel oppositi. Et in minutione elige signa contraria complexioni, sicut sanguineo, terrea; Flegmatico, ignea; Melancholico, aërea; Cholerico, aquea.

Natus nihil noui incipiatur quando Luna fuerit in ascidente, sexta, septima, aut duodecima, aut quando fuerit in loco Saturni, uel Martis radicis, uel in eorum ma-lis aspectibus, aut in signo quod hora natuitatis uerit impeditum.

Quoties Luna uenerit ad ætatem in qua fuerat hora natuitatis, illa ætas erit na-to fortunatissima, habilior & conformior cum sua natura. Ideo natus plus fortunabi-litur circa ætatem talem Lunæ in suis actionibus quam alijs temporibus. Quare elec-tiones essent nato plus conuenientiores alijs, si circa illam ætatem possent haberri.

#### C A P V T D E C I M V M S E P T I M V M.

Qui uestium & equorum colores, quæ metalla, qui preciosi  
lapides, qui ue septimanæ dies, magis minus ue sint,  
natis idonei aut fœlices infelices ue;

Nn. 4 Colores